Año 49 Lunes 1.° de Diciembre de 1902 Núm. 12



# BOLETÍN ECLESIÁSTICO

DEL

# OBISPADO DE SALAMANCA



## OBISPADO DE SALAMANCA

### GOBIERNO ECLESIÁSTICO (S. P.)

#### CIRCULAR

En virtud de las facultades que están conferidas al Reverendísimo Prelado diocesano por la Santa Sede, S. E. I. otorgará, Dios mediante, la Bendición Papal el lunes, 8 de Diciembre próximo, festividad de la Inmaculada Concepción de la Santísima Virgen, después de la misa solemne de Pontifical que celebrará en la Basílica Catedral.

Día es éste clásico para los cristianos que se apresuran á honrar á la Virgen Inmaculada, la excelsa Madre de Dios, acercándose devotos á recibir al Cordero sin mancilla que María llevó en su seno purísimo.

Por tanto, todos los Sres. Sacerdotes residentes en la capital que se hallen en el uso de sus licencias ministeriales, tendrán á bien, como en años anteriores, sentarse en el con-

Universidad Pontificia de Salamanca

fesonario en la tarde del día 7, y en la madrugada del 8, fiesta de la Purísima, haciéndolo cada cual en la parroquia á que se halla adscrito, con lo que ayudarán á los venerables Párrocos en esta obra tan meritoria á los ojos de Dios y de María Santísima y provechosa para los fieles.

Los Sres Párrocos harán saber esta superior determinación á los sacerdotes adscritos á sus parroquias, á la par que excitarán á sus feligreses á recibir la solemne bendición que anunciamos, y les enterarán de las condiciones precisas para ganar la Indulgencia plenaria que la acompaña, indicándoles finalmente que rueguen por las necesidades de la Iglesia, del Romano Pontífice y nuestra patria.

Salamanca, 27 de Noviembre de 1902.

*El Gobernador eclesiástico (S. P.)*

DR. PEDRO GARCÍA REPILA.

# PROVISORATO Y VICARIA GENERAL

## EDICTO

En virtud de providencia dictada por el M. I. Sr. Provisor y Vicario General de este Obispado, por el presente se cita, llama y emplaza á Elvira Lleida Arzón, cuyo paradero se ignora, para que, en el preciso é improrrogable término de quince días, comparezca en este Tribunal y Notaría del infrascrito, á prestar su consejo, si lo estima conveniente, para el matrimonio que pretende contraer su hija María Dolores Girón Lleida con Juan José Girón Calvo, bajo apercibimiento, que si no comparece, se acordará lo que proceda.

Salamanca, 26 de Noviembre de 1902.—El Notario, *Licenciado José Sánchez Gallego.*

Universidad Pontificia de Salamanca

# PRIVILEGII SANCTAE BULLAE CRUCIATAE ITERARA PROROGATIO

DILECTO IN XTO FILIO NOSTRO ALPHONSO XIII
HISPANIARUM REGI CATHOLICO

## LEO PP. XIII

Carissime in Xto Fili Noster salutem et Apostolicam benedictionem. Dum infidelium furor catholicos Principes et populos continuis bellis agitaret ac variis Europae regionibus ipsique Italiae extremum discrimen cum animarum pernicie minitaretur, ad tantum periculum prohibendum Philippus II Hispaniarum Rex Catholicus ab hac S. Sede Apostolicas litteras accepit quibus plures gratiae favoresque tum spirituales tum temporales ad certum annorum intervallum tribuebantur iis ex Hispanicae ditione fidelibus, qui ad praelia contra infideles proficiscerentur aut militares illas expeditiones peculiari ope aut contributo in expensas necessarias pecuniae summa iuvarent. Quod quidem Indultum nonnullis additis seu declaratis saepius a Romanis deinceps Pontificibus Decessoribus Nostris ac semel atque iterum prorogatum fuit nulla licet urgente contra infideles praeliandi necessitate, eo tamen consilio ut eleemosynae ex concessionibus in Indulto comprehensis collectae ad pios usus erogarentur. Porro in solemni de Ecclesiasticis negotiis conventione quae cum Hispaniarum Regina Catholica die XVI Martii anno MDCCCLI inita similibus litteris Apostolicis nonis Septembris eiusdem anni confirmata fuit, articulo XL cautum est ut in posterum in ditione Hispanica Ordinarii Praesules Bullae Cruciatae proventus in sua quisque Dioecesi administret ad eos usus erogandos iuxta normam in ultima prorogatione Apostolici indulti prescriptam, salvis obligationibus quibus iidem proventus vi conventionum cum S. Sede initarum obnoxii sunt;

Universidad Pontificia de Salamanca

in conventione autem additionali inita die XXV Augusti anno MDCCCLIX expresse cautum fuit ut in posterum Bullae Cruciatae proventus omnes salva eorumdem parte S. Sedi ut superius debita in expensas divini cultus exclusive impendi debeant. Quod vero attinet ad Apostolicas facultates adnexas officio Commissarii Generalis Bullae Cruciatae et consequentes attributiones in eodem solemnis Conventionis articulo XL statutum fuit ut illae per Archiepiscopum Toletanum ex amplitudine et forma exerceantur quas S. Sedes praefiniverit. Iam vero cum memoratae Bullae Cruciatae Indultum novissime a Novis prorogatum prima S. Adventus Dominica próxima presentis anni MDCCCCII finem sit habiturum, per tuum apud S. Sedem oratorem Catholicae Maiestatis tuae nomine preces Nobis sunt exhibitae ut illud denuo de Apostolica Nostra auctoritate prorogare velimus. Nos igitur considerantes proventus qui ex eodem indulto colligendi sunt in expensas divini cultus fore insumendos et in levamen Hispanicarum Ecclesiarum, quae ex praeterita temporum acerbitate tot tantisque detrimentis afflictae sunt: desideriis tuis, quantum in Domino possumus, obsecundare decrevimus. Quare Apostolica Nostra auctoritate tenore praesentium litterarum ad duodecim annos tantum, qui a prima S. Adventus Dominica proximi futuri anni effluere incipient, concedimus et indulgemus ut christifideles utriusque sexus in Regno Hispaniarum et in insulis aliisque locis etiam ultramarinis civili ditioni Maiestatis tuae subditis commorantes, vel ad regnum insulas et loca eadem divertentes, qui intra annum a consuetis publicationibus harum earumdem litterarum de more computandum sponte contulerint eleemosynam ab Archiepiscopo Toletano in officium Commissarii Generalis subrogato et harum litterarum executore pro vario eorundem christifidelium gradu et conditione taxatam et in supradictos piosusus erogandam gratis favoribus et privilegiis frui possint, quae nunc declarabimus.

De hisce vero ab executore praedicto summarium conficiendum erit quod unusquisque ex commemoratis christifide-

Universidad Pontificia de Salamanca

libus accipere debebit ut privilegiis favoribus gratiisque perfrui queat. I. Ac primum quidem iisdem christifidelibus omnibus et singulis qui vere poenitentes peccata sua intra annum praedictum confessi fuerint et SSmum. Eucharistiae Sacramentum devote susceperint, aut si non valeant haec Sacramenta suscipere, id saltem corde contrito desiderent Plenariam omnium et singulorum peccatorum indulgentiam et remissionem, quae proficiscentibus ad recuperationem Terrae Sanctae concedi solet tribuimus ac largimur. Eos tamen qui peccata sua confiteri non possint, et si id contrito corde desiderent, supradicta Plenaria indulgentia tunc solum frui posse statuimus, si alias intra praescriptum cuique fideli ab Ecclesia tempus confessi sint neque in huius Nostrae concessionis confidentiam praeceptum illud explere neglexerint. Item eadem indulgentia suffragabitur per modum suffragii etiam animabus defunctorum pro quibus christifideles eleemosynam de bonis suis ab Archiepiscopo Toletano taxandam et in supradictos pios usus erogandam contulerint: II. Insuper omnibus et singulis christifidelibus praedictis ut ipsi, dicto anno durante, possint in Ecclesiis in quibus alias divina officia, interdicto durante, quomodolibet celebrare permissum fuerint, vel in privato oratorio ad divinum cultum tantum deputato, ab Ordinario visitando et designando, etiam tempore interdicti cui ipsi causam non dederint vel per eos non steterit quominus admoveatur, et illi qui facultatem ab id ab harum litterarum executore alias habuerunt etiam per horam antequam illucescat dies et per horam post meridiem in sua et familiarium ac domesticorum et consanguineorum suorum presentia missas aliaque divina officia per se ipsos si presbyteri sint vel per alium celebrari facere, ac tempore interdicti illis interesse clausis ianuis et non pulsatis campanis, et excommunicatis et specialiter interdictis exclusis, ita tamen ut, si privato oratorio ad praemissa uti voluerint, quoties id fecerint aliquas preces Deo pro exaltatione S. Matris Ecclesiae, propagatione Catholicae fide, pace ac concordia Christianorum Principum, haeresum extirpatione, peccatorum conver-

Universidad Pontificia de Salamanca

sione fundere teneantur, nec non, durante huiusmodi interdicto, Eucharistiam et alia Sacramenta in dictis Ecclesiis vel Oratorio, praeterquam in die Pas hatis, recipere ipsorumque christifidelium tempore interdicti huiusmodi decedentium corpora nisi forte excommunicationi vinculo innodati decesserint, cum moderata funerali pompa sepeliri valeant. III. Insuper ut intra limites tantum Hispanicae ditionis non autem in aliis locis iidem christifideles, praedicto perdurante anno, tam quadragesimalibus quam ceteris eius anni diebus quibus usus carnium, ovorum et lacticiniorum prohibitus est, iisdem ovis et lacticiniis atque etiam carnibus de utriusque tamen medici consilio, si necessitas vel infirma corporis valetudo aut alia quaecumque indigentia exegerit uti et vesci, servata scilicet in reliquis ieiunii lege, libere ac licite valeant, Apostolica pariter auctoritate concedimus et indulgemus. Verum ad quadragesimale tempus quod attinet ab hoc indulto exceptos volumus Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Praesulesque inferiores, nec non regulares Ecclesiasticos Ordinum non militarium et presbyteros saeculares qui ad sexaginta annorum aetatem non pervenerint. IV. Item iisdem christifidelibus dicto durante anno, quoties extra dies ieiunio consecratos voluntario ieiunaverint aut a ieiunio legitime impediti pium aliud opus sibi a Parocho vel Confessario praescribendum peregerint et pro exaltatione S. Matris Ecclesiae, propagationi Catholicae fidei pace ac concordia Christianorum Principum, haeresum extirpatione, peccatorum conversione pias Deo preces obtulerint quindecim annos et totidem quadragenas indulgentiae et remissionis, dummodo saltem contriti sint, misericorditer in Domino tribuimus; eosdemque participatione donamus orationum, eleemosynarum aliorumque piorum operum quae ipso illo die, quo ieiunaverint in tota militante Ecclesia peragantur. V. Praeterea christifidelibus ipsis, dicto anno durante, in singulis diebus stationum Almae Urbis Nostrae quinque Ecclesias seu altaria, aut in illorum defectum quinquies unum et idem altare, Monialibus vero cuiusvis Ordinis et Instituti regularis ac mulieribus et

Universidad Pontificia de Salamanca

puellis in quibusvis Monasteriis seu Conservatoriis degentibus, si forte Ecclesias non habuerint, Cappellas ab Ecclesiasticis viris earum legitimis superioribus disignandas respective devote visitantitibus et in eis pias ad Deum preces ad praedictos fines effundentibus, omnes et singulas indulgentias peccatorum remissiones et poenitentiarum relaxationes alias Ecclesiis tam intra quam extra moenia memoratae Almae Urbis Nostrae ad quas Stationes fixae existunt, concessas, eadem Apostolica Nostra auctoritate misericorditer in Domino concedimus.

Immo diebus in quibus etiam pro Stationibus Urbis partialis tantum data est, concedimus ut memorati christifideles vere poenitentes et conffessi ac S. Communione refecti supramemoratam visitationem peragentes Plenariam indulgentiam omnium peccatorum suorum et remissionem, unica tamen vice, singulis praefatis diebus lucrari valeant. Omnes autem et singulas indulgentias quae in hisce Apostolicis litteris conceduntur animabus christifidelium quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint applicabiles decernimus et declaramus. VI. Jam ut christifideles praedicti sanctis indulgentiis facilius frui queant concedimus ut ipsi bis, hoc est, semel in vita et semel in mortis articulo, valeant sibi eligere presbyterum secularem aut regularem qui sit confessarius per Ordinarium approbatus atque ab eo in foro conscientiae a quibuscumque peccatis et censuris cuique Ordinario atque etiam Apostolicae Sedi reservatis, excepto haeresis crimine et quoad ecclesiasticos excepta etiam censura de qua in Constitutione Benedicti PP. XIV "Sacramentum poenitentiae„ absolvi possint, impossita semper poenitentia salutari alisque injunctis quae de juro iuiungenda sunt. Insuper ut vota simplicia per christifideles ipsos emissa, excepto tamen ultramarino, castitatis et religionis ab eodem confessario in alia pia opera ac adjunctum his subsidium aliquod executori harum litterarum supradictos pios fines transmittendum commutari possint, Apostolica pariter auctoritate indulgemus. VII. Ad haec ut iidem christifideles non tamen

Universidad Pontificia de Salamanca

semel sed bis singulo ab harum litterarum publicatione anno supradictam eleemosynam conferre, harum gratiarum summarium sumere atque hinc tam pro se quam per modum suffragii pro animabus in purgatorio detentis indulgentias, concessiones et indulta praedicta consequi eisque infra eumdem annum bis ut praefertur, uti et potiri addictorum bonorum spiritualium participes fieri valeant, pariter in Domino concedimus. VIII. Ulterius eidem harum litterarum executori potestatem facimus ut super irregularitate cum his qui ecclesiasticis censuris ligati missas at alia divina officia, non tamen in contemptum clavium, celebraverint, aut alias se divinis immiscuerint, et super alia qualibet irregularitate ex delicto proveniente, dummodo quis in irregularitate huismodi per sex menses non insorduerit, et exceptis semper irregularitatibus ex homicidio aut simonia vel apostasia a fide aut haeresi vel a mala ordinum susceptione vel ex alio delicto scandalum in populum generante, provenientibus, dispensare valeat, imposita dispensatis congrua eleemosyna in supradictos pios huius Nostrae concessionis fines impendenda aliisque iniunctis quae de iure iniungenda sunt. Itemque ut exceptis dignitatibus cuiusvis generis et Cathedralium aut maiorum ecclesiarum Canonicatibus, nec non beneficiis curam animarum adnexam habentibus convalidare possit titulos aliorum beneficiorum sub huiusmodi irregularitate susceptorum et super fructibus ex illis interea perceptis compositionem decernere in eosdem pios fines erogandam. IX. Eidem facultatem tribuimus permittendi personis nobilibus aut qualificatis ut missas, per horam ante lucem ac per horam post meridiem per se ipsos, si presbyteri sint, celebrare vel per alium ipsis praesentibus, celebrari facere valeant. X. Insuper ut ecclesiasticos viros qui ad restitutionem fructuum beneficiorum simplicium tantum, quae adnexam non habeant animarum curam nec personalem residentiam requirent, ex omissione recitationis horarum canonicarum tenebantur, ad congruam compositionem super iisdem fructibus erogandam pro medietate Ecclesiis vel aliis locis quorum ratione horas

Universidad Pontificia de Salamanca

praedictas recitare debent et pro altera medietate in supradictos pios fines addmittere possit. XI. Ad haec ut super impedimento occulto affinitatis ex illicita copula provenientis aliqua in eosdem fines eleemosyna iniuncta dispensare possit cum iis qui matrimonium altero saltem coniuge in bona fide existente, contraxerint, quo illi matrimonium ipsum, renovato inter se secreto consensu rursus contraere, et in eo postmodum remanere licite valeant, atque ut dispensare item valeat ad petendum debitum cum illis qui eiusmodi affinitatem post matrimonium contraxissent. XII. Eidem quoque executori potestatem facimus ut pro foro conscientiae tantum super iniuste oblatis, seu acquisitis compositionem competentem decernere possit, in praedictos pios fines erogandam, dummodo scilicet domini quibus restitutio esset facienda post debitam diligentiam pro iisdem inveniendis adhibitam reperiri non possint, et praestito a debitoribus iuramento de hac diligentia per eos facta et dummodo iidem debitores in confidentiam et sub spe huiusmodi compositionis illa non abstulerint seu acquisiverint. XIII. Denique volumus et iubemus ut iuxta memoratae Conventionis articulum XL necnon iuxta alteram additionalem conventionem anno MDCCCLIX Ordinarii per Hispanicam ditionem Praesules in respectiva sua Dioecesi eleemosynas seu proventus administrent in visu huiusmodi Nostrae concessionis percipiendas, sic ut administratio huismodi ecclesiastica prorsus sit neque laicae potestatis obnoxia, hoc est a personis exercenda per dictos Ordinarios nominatis.

Et quoniam in praecedentibus indultis atque in novissima Cruciatae concessione a Leone PP. XII Decessore Nostro decreta statutum fuerat ut ex eleemosynis inde collectis certae quaedam summae tum Nostris Patriarchalibus templis Lateranensi et Vaticano tum Apostolico Nuntio ad catholicum Regem, tum Nostrae Secretariae Brevium statis temporibus solverentur: Nos pariter decernimus ut ex pecuniis ex Nostra hac concessione colligendis eaedem ipsae summae per dictum Archiepiscopum Toletanum eodem prorsus modo per-

Universidad Pontificia de Salamanca

solvantur. Atque ad praecedentium eorumdem decretorum tramites executori eidem mandamus ut ad solutionem ipsam perficiendam peculiari etiam sponsione rite se obstringat. Item volumus et mandamus ut Archiepiscopus Toletanus sumaria typis edenda curet, eaque reliquis Ordinariis justa illorum postulationes distribuat. Praeterea Apostolica auctoritate concedimus ut idem Archiepiscopus executor hasce litteras Nostras in vernaculam linguam vertere, illasque et in eis contenta seu compendium in quibuslibet Hispanicae ditionis locis viva voce seu scriptis aut typis impressis exemplis publicare et enunciare, ac tam ipse quam in respectiva sua Dioecesi unusquisque Praesul eleemosynas in pias supradictas causas colligere atque idoneos sibi in eam rem adjutores, necnon depositarios ratiocinatores, aliosque similes officiales, servatis tamen quae in praesentis Bullae seu Cruciatae executione ex Sanctae hujus Sedis decretis et in utraque conventione superius memorata servanda sunt, deputare et cum idoneis facultatibus constituere, atque praefatus Archiepiscopus ea omnia quae faciliori earum litterarum executioni visa fuerint peragere valeat. Haec omnia et singula concedimus et indulgemus decernimus ac mandamus non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar aliisque S. hujus Sedis et Conciliorum etiam Generalium, Constitutionibus et Ordinationibus aliisque decretis quacumque forma editis, quibus omnibus et singulis illis etiam quorum peculiaris et expressa mentio esset habenda specialiter ad harum Nostrarum litterarum effectum et plenissime derogamus ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus quoque ut harum litterarum exemplis etiam typis impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personae alicujus in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus adhibeatur fides quae iisdem litteris hoc ipso diplomate ostenso haberetur. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XV Septembris MCMII Pontif: Nostri Anno XXV.

Alois. Card. MACCHI.

Universidad Pontificia de Salamanca

# NOVISSIMAE IN TEXTU BULLAE CRUCIATAE ACCLARATIONES

## Preces Emmi. Commissarii motivae necnon et Decretum super his datum die 7 Maii 1902

Beatissime Pater:

*Cardinalis Cyriacus Maria Sancha et Hervás*, Archiepiscopus Toletanus et Patriarcha Indiarum Occidentalium ad pedes S. V. provolutus, qua Commissarius Bullae Cruciatae in universo Hispaniarum regno Sanctitatis vestrae judicium nonnullas proposuit immutationes quas in textu ejusdem Bulae cruciatae inducere ipsi opportunum videtur.

Mutationes haec sunt:

1.° In paragrafo 1.° Bullae ultimo concessae substituenda videntur verbis *etiam tempore interdicti* verba sequentia *non modo extra tempus interdicti, sed etiam tempore interdicti.*

Ratio hujus mutationis in promptu est, nempe: convenientia finem imponendi theologorum disputationibus quoad sensum et extensiones praedictae periodi, quae certe aliqua laborat obscuritate. Nam alii, cum in hispanicam linguam verbum *etiam* vertunt, id significare contendunt *aun* et exinde inferunt gratiam concessam, non modo extendi ad tempus interdicti, sed etiam ad tempus in quo tale non est declaratum interdictum. Haec sententia, est feré communis, ut videre est in auctoribus qui de hac re tractant, eique favet ipsemet Commissarius Apostolicus Crucitae.

Non desunt tamen qui verbum *etiam* pro *igualmente* hispanice vertunt, ut juxta eorum sensum gratia, de qua agitur, tantummodo applicari deberet in tempore interdicti, et non extra interdictum. Quaestio igitur manet solvenda, et facillime ut arbitramur, solutionem acciperet cum simplici mutatione proposita.

2.° Item in paragrapho 3.° periodum *Verum ad quadragesimale tempus quod attinet ab hoc indulto exceptos volu-*

Universidad Pontificia de Salamanca

*mus, etc.*, ita vel simili modo posset exprimi. *Verum ad quadragesimale tempus quod attinet ab hoc indulto exceptos volumus Patriarchas... praesulesque inferiores, necnon regulares ecclesiasticos, ordinum non militarium extra claustra commorantes et presbyteros saeculares qui ad sexaginta annorum aetatem non pervenerint. Sacerdotes vero regulares intra claustra degentes exceptos tantum volumus hebdomada maiori preter Dominicam Palmarum.*

Hujus mutationis motivum resolutio est S. C. S. O. die 31 Januarii hujus anni data in qua decisum fuit, ad consultationem Emi. Commissarii, sacerdotes saeculares (regulares dicere deberet) intra claustra commorantes, vi Bullae Cruciatae, ova et lacticinia edere posse, in jejunis Quadragesimae excepta tota hebdomada majori (1).

3.° Demum paragraphus 5.ª ita redigi oportet, ut soluta sequentia appareant dubia; Utrum Christifideles visitationem altarium repetentes in diebus Stationum Urbis, ultra indulgentiam plenariam pro defunctis, aliam pro se valeant lucrari. "Utrum indulgentiae omnes quae in Bulla conceduntur, applicari semper valeant animabus in Purgatorio degentibus„.

FERIA QUARTA DIE 7 MAII 1902

In Cong. Gen. feria IV habita ab Emis. ac Rvmis. D. D. Card. Gen. Inquisitoribus, proposito suprascripto supplici libello, praehabitoque R. R. D. D. Consultorum S. O. voto iidem Emi. respondendum censuerunt:

Ad I. Verba *etiam tempore interdicti* respiciunt solum tempus interdicti; ideoque interpretatio extensiva indulti extra tempus interdicti sustineri nequit.

Ad II. Satis provissum per decreta S. O. fer. IV, 4 Martii 1891 en fer. IV, 23 Januari 1901.

---

(1) Véase el BOLETÍN de la diócesis, correspondiente al 1.° de Febrero del presente año.

Universidad Pontificia de Salamanca

Ad III. Unicam indulgentiam plenariam concedi in casu. Et suplicandum SSmo. ut benigne decernere ac declarare dignetur omnes et singulas indulgentias in Bulla *Cruciatae* concessas applicari posee per modum suffragii pro animabus in Purgatorio detentis; idque expresis verbis dicatur in Bulla.

Et ad mentem: 1. Ut Emo. Card. Oratorii iterum transmittatur exemplar decreti editi feria IV, 23 Januarii 1901, necnon Decreto edito feria IV, 4 Martii 1891 relate ad Bullam *Cruciatae*. 2. Ut idem Emus. tempore opportuno transmittat ad Supremam hanc Congregationem S. O. exemplar authenticum Bullae Cruciatae juxta novam formulam ad quam redigetur.

Insequenti vero feria VI, die 9 ejusdem mensis et anni Sanctissimus D. N. D. Leo Div. Prov. P. P. XIII in solita audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, habita de omnibus relatione, responsiones Emorum„Patrum plene adprobavit, atque ut indulgentiae de quibus sub N. III defunctis adplicari queant suffragii ad modum prout ab Emis. fuit propositum benigne decernere ac declarare dignatus est. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

J. CAN. MANCINI, *S. R. et U. I. Not.*[us]

---

LITTERARE QUIBUS DIE 7 MARTII 1891 COMMUNICATUM FUIT EMMINENTISSIMO DÑO. CARD. ARSHIEPO. TOLETANO DECRETUM FERIA IV, 4 MARTII 1991 QUOAD BULLAM CRUCIATAE IN QUANTUM SPECTAT AD REGULARES.

"In Congregatione habita feria IV, die 4 curr. mens. Martii 1891) ad examen vocatis dubiis ad Em. Tua propositis litteris datis die 28 Februarii anni elapsi. circa interpretationem novissimi decreti hujus Supr. Congnis. super Bulla Cruciata. Emi. Dni. Cardinales una mecum Inpres. Genles decretum ipsum in hunc modum evulgandum mandarunt: *Regulares utriusque sexus*, *exceptis ii qui voto speciali sunt adstricti*, *in jejuniis etiam quadragesimae posunt vi Bullae Cruciatae edere carnes*, *ova et lacticinia cum pisci-*

Universidad Pontificia de Salamanca

*bus in eadem comestione miscere. Presbyteri vero regulares extra claustra commorantes, vulgo exclaustrados, praeter Bullam Cruciatae et summarium carnis tenentur Summarium quoque lacticiniorum suscipere, ut Presbyteri saecurlares. At Regularibus intra claustra degentibus, sive sacerdotes sint sive laici sive moniales, sufficiunt Bulla Cruciata et summarium carnis, nisi sint ex Ordine Minorum S. Francisci, qui nulla bona possident, quibus sufficit Bulla Cruciata.*

„Pecor E. T. summopere curare, ut hoc decretum apostolica Summi Pontificis auctoritate firmatum quo primum possit publici juris fiat, ejusque jam publicati exemplar ad me transmittatur in Tabulario supremae Congregationis asservandum.

„Interim impensos, etc„.

# CONGRESO CATOLICO DE COMPOSTELA

El Emmo. y Revmo. Sr. Cardenal de Santiago ha recibido la siguiente contestación de S. M. el Rey (q. D. g.) al Mensaje que le dirigieron los Rvmos. Prelados reunidos en Santiago de Compostela, con motivo de la celebración del Congreso Católico:

## «EL REY

**Muy Reverendos en Cristo, Padres Arzobispos y Reverendos Obispos**

Grande es el júbilo que experimento al dirigirme por primera vez á tan alta representación del Episcopado español y de la Iglesia católica, respondiendo al homenaje de adhesión y fidelidad que os servís dirigirme desde Santiago de Compostela, reunidos en torno de la tumba del Apóstol, que encarna y representa el comienzo glorioso de la Monarquía española y del Trono de mis mayores.

Universidad Pontificia de Salamanca

Grabados en Mi espíritu é impresos en Mi alma, con caracteres indelebles se hallan los vínculos estrechos que al Altar y al Trono, unieron en las luchas sostenidas para la reconquista de nuestro suelo, y al recordármelas y recordároslas debe unirnos el mismo anhelo de conseguir sin que atemorice esfuerzo ó aterre sufrimiento, el mayor esplendor y gloria para nuestra querida España, sabiendo conciliar la severidad que impone el deber del mando, la protección decidida al necesitado y el amor y respeto que se deben y deseo guarden los ciudadanos de Mi querido pueblo.

Nadie como el Episcopado español para seguir inculcando con el ejemplo, que siempre venis dando, los principios de la fe y de la moral cristiana, fuente inagotable de libertad y progreso, y á nadie como á Mí ha de ser tan grato el ver que proseguís tan árdua labor y perseverante empeño con la tranquilidad de espíritu y paz de conciencia del que aguarda como resultado de este mundo la unión entre los hombres como verdaderos hermanos y el bienestar futuro de la gloria eterna.

En cuanto á Mí tengo la dicha de manifestaros que al subir al Trono juré á Mí mismo, al par que la Constitución de la Monarquía española, el firme propósito de consagrar Mi vida entera al ejercicio de los dictados de la justicia, á la felicidad de Mi pueblo, y á difundir también con el ejemplo como base de derechos, prosperidad y desarrollo, el amor al prójimo y mútuo respeto, principios que en Mí ha inculcado la Religión Católica y en los que todos seguramente hemos de perseverar.

Los demás extremos á que hace referencia la exposición que os habeis servido elevar y que reclaman alguna respuesta concreta, los pongo en conocimiento de Mi Gobierno, cumpliendo así Mis deberes constitucionales.

Dado en Palacio á veinticinco de Octubre de mil novecientos dos.

ALFONSO„.

Universidad Pontificia de Salamanca

# DE LA SAGRADA CONGREGACIÓN DE OBISPOS Y REGULARES

## COMPOSTELLANA: FUNERUM

1.° Agosto 1902 (1)

El Sr. D. Braulio Martínez, de Santiago de Compostela, dejó expresamente consignado en su testamento que se le enterrara en la iglesia de Frailes Menores de dicha ciudad. Al morir, como quiera que en España la ley ordena que los cadáveres sean llevados directamente al cementerio, sin que ninguno pueda ni por un instante introducirse en la iglesia donde debiera ser sepultado; los religiosos querían ponerse de acuerdo con el párroco de San Fructuoso, de donde era feligrés el difunto, para establecer el derecho que á dicho párroco correspondía en el acompañamiento fúnebre. Propusieron los Regulares, que el párroco levantase el cadáver de la casa mortuoria, y á la puerta de ésta, sin más intervención, lo entregase á aquéllos. El párroco por el contrario reclamaba para sí el derecho de conducir el cadáver al cementerio, y con la cruz parroquial alzada.

El Sr. Arzobispo, por vía de conciliación, proponía que los Regulares, en unión del párroco y con la cruz parroquial alzada, acompañasen el cadáver al cementerio. Pero los Regulares, no queriendo aceptar ni la proposición del párroco, ni la del Sr. Arzobispo, renunciaron á su derecho, y dejaron que el cadáver fuera conducido al camposanto, solamente por el párroco. Después de ésto, los funerales se celebraron en la iglesia de los Regulares.

Pero deseando que para lo sucesivo se determinen con exactitud para casos análogos, los derechos tanto del párroco como de los Regulares, por ambas partes se propusieron á la Sagrada Congregación las siguientes dudas:

(1) La exposición del hecho la tomamos traducida de la revista romana *Il Monitore Ecclesiastico*, del 30 de Septiembre de 1902, página 299.

Universidad Pontificia de Salamanca

I. *Vigentes las leyes civiles españolas que prohiben transportar los cadáveres á las iglesias, y elegida por un fiel la sepultura en una iglesia Regular, después de levantado por el propio Párroco el cadáver ¿el derecho de acompañarlo y darle sepultura, corresponde al Párroco, á los Regulares, ó á uno y otros?*

II. *Si corresponde á uno y otros, ¿debe el Párroco retirarse, y en dónde?*

III. *¿Bajo cuál cruz debe de hacerse el acompañamiento?*

La Sagrada Congregación, considerando que la importancia de la cuestión era universal para España, discutida con madurez la cuestión, el día 1.º de Agosto del 1902, respondió: *Ad I, II, et III, Providebitur per Instructionem.*

Hé aquí dicha instıucción:

"Funerum juribus per plura SS. CC. Decreta consultissime moderatis, omnis praeclusus videbatur aditus quaestionibus, quae occasione electae in alia a parochiali ecclesia sepulturae tum ante tum post communium caemeteriorum erectionem inter defuncti parochŭm et ecclesiam tumulantem oriri solebant. At cŭm in Hispaniis civili lege statutum fuerit, ut defunctorum cadavera, quin prius ad ecclesiam afferri possint, a domo defuncti ad publicum caemeterium directe deducantur; hinc novis exurgentibus factorum circunstantiis, nova inter defuncti parochum et Regulares ecclesiae tumulantis enata est controversia circa cuique spectantia funebris associationis jura. Re ad hanc Sacram Congregationem negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium expediendis dirimendisque praepositam delata, Emi. ac Rmi. Patres in Generalibus Comitiis habitis die 1 Augusti 1902, omnibus mature perpensis, haec quae infrascripta sunt, statuenda ac decernenda censuerunt. Nimirum.

1. Parochi est stolam deferre, cadaver e domo levare et funus ducere usque ad januam publicii caemeterii.

2. Regularibus ecclesiae tumulantis jus competit in propria ecclesia justa funebria peragendi; una cum parocho ab ecclesia parochiali ad domum defuncti accedendi et, cada-

Universidad Pontificia de Salamanca

vere per parochum levato, ad publicum caemeterium associandi: si tamen velint, possunt ad caemeterii januas expectare, quin funeris associationem accedere teneantur.

3. Pariter Regularibus spectat recipere cadaver ad januas caemeterii ceteraque omnia peragere, quae in cadaveris tumulatione fieri solent.

4. Denique si una cum parocho Regulares ecclesiae tumulantis funebri associationi intersint, unica crux conventualis seu ecclesiae tumulantis deferenda est, sub qua et ipse parochus incedere tenetur: dummodo ecclesiae cathedralis vel collegiatae Capitulum non adfuerit, cui privative spectat crucem in associatione levare.

Et sic observari mandarunt non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae anno, mense et die ut supra.

A. CARD. DI PIETRO, *Praef.*

L. ✝ S.

M. BUDINI, *Subsecretarius.*

---

Creemos útil transcribir el dictamen dado por el dignísimo Secretario de la S. C. Mons. Giustini, en el que se exponen con precisión y exactitud las normas canónicas que regulan los funerales.

1.º De jure communi ad parochum pertinet jus associandi, funerandi et tumulandi proprios parochianos, quoties defunctus in alia ecclesia sepulturam non eligat, vel sepulturam majorum non habeat.

2.º In hoc casu, delectae scilicet sepulturae vel existentis sepulturae majorum in alia a parochiali ecclesia, funerum jura inter defuncti parochum et ecclesiam tumulantem sic ab ecclesiasticis ordinationibus et decretis determinata habentur:

*a*) Parochi est stolam deferre, cadaver e domo levare et funus ducere usque ad januam ecclesiae tumulantis, sive haec sit saecularis sive regularis.

Universidad Pontificia de Salamanca

*b*) Regularibus, in quorum ecclesia defunctus tumulandus est, jus competit una cum parocho ab ecclesia parochiali ad domum defuncti accedere et, cadavere per parochum levato, ad propriam ecclesiam tumulantem associare; si tamen velint, possunt ad propriae ecclesiae januam expectare, quin ad funeris associationem accedant.

*c)* Pariter ad Regulares spectat facere officium circa corpus defuncti, postquam intus eorum ecclesiam fuerit delatum, illudque tumulare.

*d*) Demum quod ad crucem pertinet, unica crux in funeribus deferenda est, non obstante consuetudine etiam immemorabili, crux nempe ecclesiae tumulantis; ideoque si defunctus in ecclesia regulari tumulandus sit et Regulares una cum parocho funus associent, unica crux conventualis deferenda est, sub qua et ipse parochus incedere tenetur; nisi tamen capitulum ecclesiae catedralis vel collegiatae adfuerit, cui privative spectat crucem levare.

3.° Res ita se habuerunt usque ad publicorum caemeteriorum erectionem; publicis enim constitutis caemeteriis, factaque lege cadavera omnia in iis tumulandi, plures quoad rem funerariam enatae sunt parochos inter et ecclesias tumulantes controversiae, ad quas radicitus evellendas a SS. RR. CC. consultissime inductum est principium, per publica caemeteria non esse sublata ecclesiarum jura, sed tantum mutatum esse locum, in quo ecclesiae jure suo utuntur; ita ut quo jure antea fruebantur in propriis sepulchris, eodem postea uterentur in publicis caemeteriis. Exinde receptum est, ut Regularibus nedum sarta tectaque manerent recensita jura quoad defunctos, qui penes ipsos sepulturam elegerint, sed insuper jus exclusive competeret eorumdem cadavera associandi a propriis ecclesiis ad commune caemeterium, ceteraque omnia inibi peragendi quae in cadaveris humatione fiunt; idque etsi ipsi in caemeterio proprium non habeant sepulchrum.

4.° Facto hic fine, quievit eclesiasticum constitutum jus. At vero non hic stetit civilis Hispaniarum lex circa rem fu-

Universidad Pontificia de Salamanca

nerariam; non solum enim in Hispaniis obligatio facta est defunctorum omnium cadavera in communi caemeterio tumulandi; sed et insuper constitutum, ut eadem cadavera, quin ad ecclesiam prius afferri possint, a domo defuncti ad publicum caemeterium directe deducantur. Exinde novae factorum circumstantiae, quae cum non cadant sub recensitis dispositionibus juris ecclesiastici jam constituti, novis controversiis occasionem dederunt quoad funeris jura inter parochum et Regulares ecclesiae tumulantis.

5.º Jam quo harum novarum controversiarum solutio expeditior procedat, quo haec, meo quidem submisso judicio, veluti fundamentalia criteria prae oculis habeantur oportet: 1) Superius recensita jura et privilegia in re funeraria Regularibus competunt *ratione ecclesiae tumulantis;* 2) Constitutis publicis coemeteriis, jura et privilegia, quae in ecclesia tumulante amplius exerceri non possunt, non sublata, sed translata quoad exercitium censetur in ipsis publicis coemeteriis.

Ex his, ut mihi videtur, via prona est ad propositae quaestionis solutionem, protrahendo scilicet ad ulteriores consequentias criteria. Quid est enim quod ex dicta civili Hispaniarum lege impedimento est quominus recensita funeris jura prout ab ecclesiastica lege inter parochum et Regulares ecclesiae tumulantis moderata sunt, exerceantur? Est simplex factum quod cadaver a domo defuncti directe ad publicum coemeterium deferri debeat. Hoc autem factum, ut patet, non obstat nisi juri Regularium recipiendi cadaver in ecclesiae tumulantis janua, illudque post expleta justa funebria deferendi ad publicum coemeterium. Quoniam ergo, ut evenit in communium coemeteriorum erectione, eadem legis civilis ratione nunc fit, ut dictum jus in ecclesia tumulante exerceri amplius nequeat, ipsa juris analogia naturaliter postulare videtur, ut in eodem criterio interpretativo, a SS. CC. tunc inducto, et nunc insistamus, dicamusque praefati juris exercitium, mutato loco, ab ecclesia tumulante in publicum coemeterium censendum esse translatum. Cetera vero jura

Universidad Pontificia de Salamanca

omnia et privilegia, cum, non obstante dicta civili Hispaniarum lege, prout jam a lege ecclesiastica constituta sunt, exerceri valeant, immutata maneant oportet.

Hinc clara, ut reor, conclusio: a) Ad solum parochum spectat, stolam deferre, cadaver e domo levare et funus ducere usque ad januam publici coemeterii; jus enim parochi ducendi funus proprii parochiani non impeditur nisi a jure ecclesiae tumulantis subingrediendi parocho in ejusdem ecclesiae limine. Atqui, ut diximus, hujus juris exercitium, ratione civilis vetiti in ambitum publici coemeterii traslatum censeri debet. Ergo jus parochi ducendi funus nonnisi in limine coemeterii a jure ecclesiae tumulantis impediri potest. b) Regularibus, in quorum ecclesiam defunctus deferendus esset, jus competit in propria ecclesia justa funebria peragendi, una cum parocho ab ecclesia parochiali ad domun defuncti accedendi, et cadavere per parochum levato, ad publicum coemeterium associandi; si tamen velint, possunt ad coemeterii januas expectare, quin ad funeris associationem accedere teneantur. c) Pariter Regularibus spectat recipere cadaver ad januas coemeterii, ceteraque omnia peragere, quae in cadaveris humatione fieri solent. d) Demum quod ad crucem pertinet, siquidem Regulares una cum parocho funebri associationi intersint, quemadmodum erat ante civile vetitum ita nunc unica crux conventualis seu ecclesiae tumulantis deferenda est, sub qua parochus incedere debet; dummodo ecclesiae cathedralis vel collegiatae Capitulum non adsit, cui privative spectat crucem in associatione levare.

# E SACRA POENITENTIARIA

### Nonnulla magni momenti solvuntur dubia circa confessarios Regularium

Titio, sacerdoti approbato ad audiendas confessiones, non raro contigit confessiones excipere regularium variorum Ordinum: Quare, quo prudentiore agat ratione, ab hoc sacro

Universidad Pontificia de Salamanca

Tribunali enixe postulat solutionem dubiorum quae statim proponuntur hic infra:

I. Cajus, sacerdos regularis, sub vesperum accessit ad Titium facturus exomolegesim. Interrogatus de recepta a Superiore facultate, respondit Superiorem domo abesse nec eodem reversurum die, nullum autem alium in Conventu adesse praesentem sacerdotem. Potuit ne in hac domestici confessarii inopia, a Titio valide et licite absolvi?

II. Inter facultates quas S. Poenitentiaria pro foro interno cum confessariis communicare solet legitur, n. VIII, facultas "absolvendi religiosos cujuscumque Ordinis, dummodo apud te legitimam habuerint licentiam peragendi confessionem sacramentalem. . etiam a casibus et censuris in sua religione reservatis„. Valet ne illa facultas ad casus quolibet modo reservatos? Soliti enim sunt in religionibus casus reservari alii Superiori immediato alii Provinciali, alii Generali; Istas tamen observare distinctiones confessario extraneo valde fuerit difficile. Suadet igitur expeditus facultatis usus ut omnes comprehendat casus religionis proprios. Prudens ceterum Confessarius non omittet ea imperare quibus ordinis bono vel juri satis sit cantum.

III. Utrum Confessario regulari praefata facultate uti licet, cum confessionem excipit religiosi ejusdem Ordinis ad quem pertinet ipse, ita ut in reservata proprii Ordinis polleat jurisdictione non formaliter a Superiore accepta, an contra coercetur usus ad religiosos extraneos?

IV. Utrum Superior qui confessionem permittit, addita conditione, v. gr. "dummodo pro reservatis serves Ordinis consuetudinem„ impedire valeat praefatae facultatis usum; an contra, semel concessa confitendi licentia, electus confessarius habéat vi facultatis Poenitentiariae potestatem in reservata a voluntate Superioris plane independentem?

V. Num dicta n. IV omnino transferenda sunt in religiosum *iteneranteni*, qui ad adeundum Confessarium extraneum expressa Superioris facultate non habuit opus?

Universidad Pontificia de Salamanca

Sacra Poenitentiaria, mature perpensis expositis, ad proposita dubia respondet:

Ad I. Si Superior domus aliique confessarii tamdiu absint saltem per unum diem ut grave sit religioso poenitenti toto eotempore carere absolutione sacramentali, is licite et valide absolvitur ab extraneo confessario idoneo h. e. approbato.

Ad II. *Affirmative.*

Ad III. Dummodo confessarius regularis approbatus sit adrecipiendam confessionem religiosi proprii Ordinis *affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

Ad IV. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

Ad V. Si confessarius extraneus habeat a S. Sede facultatem absolvendi religiosos a casibus reservatis in eorum Ordine, *affirmative*, secus; *negative.*

Datum Romae, in Sacra Poenitentiaria, die 14 Maji 1902.

B. Pompili, S. P. *Datarius.*

J. Palica, S. P. *Subst.*

# E SACRA CONGREGATIONE INDICIS

## DECRETUM

Feria III, die 19 Agusti 1902.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romae Ecclesiae Cardinalium, a *Sanctissimo Domino Nostro Le ne Papa XIII* Sanctaque Sede Apostolica indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano die 19 Augusti 1902, damnavit et damnat, proscripsit, proscribitque, atque in Indicen librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:

Universidad Pontificia de Salamanca

Presbyter Lucensis, *L'antichitá intorno all'elezione dei sacri Pastori*, Lucca, tip. del Serchio 1902.

Zino Zini, *Il pentimento e la morale ascetica*, Torino, fratelli Bocca 1902.

Itaque nemo cujuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

*Julius Bois*, *Hermannus Schell*, *Aemilius Combe*, *Josephus Müller*, *Franc. Regis Planchet et Camillus* Quiévreux decretis S. Congregationis, editis 21 Augusti 1896, 15 Dec. 1898 et 7 Jun. 1901, quibus eorum quidam libri notati et in Indicem librorum prohibitorum inserti sunt, laudabiliter se subjecerunt.

Quibus *Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII*, per me infrascriptum Secretarium relatis, *Sanctitas Sua* Decretum probavit, et promulgare praecepit In quorum fidem etc.

Datum Romae die 19 Augusti 1902.

Andreas Card. Steinhuber, *Praef*.

L. ✝ S.

Fr. Thomas Esser, Ord. Praed. *a Secretis*.

Die 20 Augusti 1902. Ego infrascriptus Mag. Cursorum testor supradictum Decretum affixum et publicatum fuisse in Urbe.

Vincentius Benaglia, *Mag. Curs*.

Universidad Pontificia de Salamanca

# E SACRA CONGREGATIONE INDULGENTIARUM

**In Decreto de translatione festorum relate ad indulgentias comprehenditur etiam translatio Plen. indulg. in casu.**

Prior Generalis Ordinis Servorum B. M. V. Sacrae Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae exponit, non omnes convenire Indulgentiam Plenariam per rescriptum ejusdem S. C. die 27 Januarii 1888 concessum, a Christifidelibus toties lucrandam, quoties ecclesias Ordinis Servorum Mariae etc. (sive Fratrum sive monialium necnon Tertii Ordinis vel confraternitatis VII Dolorum B. M. V.) in festo septem Dolorum B. M. V. visitant, transferri posse ad aliam diem, si externa, solemnitas trasferatur.

Quare ad omne dubium de medio tollendum humiliter quaerit: An in Decreto generali diei 9 Augusti 1852 de translatione festorum relate ad indulgentias, comprehendatur etiam translatio Plenarie Indulgentiae, de qua supra?„

S. Congregatio audito consultorum voto respondit: *Affirmative.*

Datum Romae ex Secretaria ejusdem S. Cong. die 2 Juli 1902.

S. CARD. CRETONI, *Praef.*

L. ✝ S.

# COLLATIO MORALIS PRO MENSE DECEMBRIS

## QUÆSTIO DOCTRINALIS

Utrum de singulis peccatis mortalibus requiratur contritio? D. Th. Suppl., q. II, a. 6.

## CASUS CONSCIENTIÆ

Anatolius parochus, soluta collatione morali cum sotiis die asignata, confessionem peragit cum Paulino; et postquam

Universidad Pontificia de Salamanca

peccata declarat ab ultima confessione patrata, de validitate praecedentis confessionis quaerit, bona fide quidem factae, sed absque proposito formali seu explicito, judicans validam fuisse justa illud "in dubio standum est pro valore actus„: sed Paulinus iterationem confessionis exigit, non admittendo in casu principium allatum eo quod "quando adest praeceptum et dubitatur an actus impletionis fuerit possitus necne, possidet obligatio praecepti. Anatolius vero non aquiescit nec confessionem iterare vult, quare inabsolutum Paulinus dimittit.

Quaer. 1.um An requiratur in confessione dolor explicitus?

2.um An qui bona fide confitetur quin cogitet de vita futura pro proposito eliciendo teneatur confessionem repetere?

3.um Quid de confessario in casu?

# NOTICIAS DEL RMO. PRELADO DIOCESANO

EN VILLAHARTA.—EL SEÑOR OBISPO DE SALAMANCA EN MÁLAGA NUESTRO PRELADO EN MADRID: EN LA ACADEMIA DE SAN FERNANDO EN EL CÍRCULO DE LOS LUISES

Desde la villa de Alba, á donde había acudido para solemnizar la fiesta de nuestra excelsa compatrona, Santa Teresa de Jesús, y ofrecerla el tributo anual de su devotísimo y entrañable cariño, partió nuestro venerable Prelado al balneario de Villaharta (Córdoba), para buscar alivio á su salud, algo quebrantada; y gracias sean dadas á Dios, que lo ha hallado excelente, según las noticias que se nos han comunicado.

Hubiera vuelto inmediatamente á su diócesis el Prelado salmantino, de no haberle arrastrado á Málaga los insistentes cordialísimos ruegos de la amistad y el afecto del bondadoso Sr. Obispo malacitano.

Y lo que había de ser sencilla é íntima y como fraternal

Universidad Pontificia de Salamanca

visita, se trocó en entusiasta manifestación de los sentimientos de hospitalidad y la cultura de los malagueños.

Permítasenos recoger, ya que por cuenta propia no podemos ni debemos hablar en esta ocasión, algunas de las impresiones reflejadas en la prensa de aquella localidad.

Describiendo su visita al Prelado de Salamanca y la conferencia que éste diera en la Sociedad de Ciencias, dice la *Libertad de Málaga:*

«*En el Palacio Episcopal.*—Ayer cuantos componen esta redacción, fuimos á Palacio para besar el anillo pastoral al Reverendísimo Obispo de Salamanca, y el de nuestro amadísimo Prelado. Presentados por el Excmo. é Ilmo. Sr. D. Juan Muñoz Herrera, con el paternal cariño que profesa á sus diocesanos, el ilustre hijo de San Agustín nos dirigió la palabra haciendo grandes elogios de la prensa católica, de su alta misión, comparándola con las avanzadas de los ejércitos cristianos y diciendo, que cuando hay quien está dispuesto á morir, se vive siempre. Añadió, que los defensores de la causa de Cristo, han de ser á la postre los que han de obtener la victoria.

Nos dijo después, que si en cada diócesis hubiera un grupo de incondicionales y decidos á luchar por la causa de Dios y un diario en que mostrar su esfuerzo, España y el mundo se salvarían.

No tenemos para qué repetir que nos consideramos muy honrados con militar en las huestes cristianas y ocupar en ellas el puesto que ocupamos, prometiendo al propio tiempo con la ayuda de Dios y el auxilio de los buenos, seguir combatiendo, como hasta ahora, al alcance de nuestras fuerzas al enemigo común, y como buenos hijos estar siempre sumisos y obedientes á los mandatos y consejos de la Cabeza Visible de la Iglesia y sus legítimos Pastores».

«*En la Sociedad de Ciencias.*—Anoche se congregó en el local de la Sociedad de Ciencias, en tal número, que resultaba estrecho en demasía el amplio salón, una multitud de hombres de saber y amantes de las letras, ansiosos de escuchar al ilustrado orador encargado de la conferencia y de ver y oir al preclaro Obispo de Salamanca. Sería prolijo y empresa dificilísima citar los nombres de cuantas personas llenaban el local de la culta sociedad...

Universidad Pontificia de Salamanca

Comenzó el acto usando de la palabra nuestro queridísimo amigo el M. I. Sr. Canónigo Archivero de esta S. I. C. D. José Moreno Maldonado, quien leyó una disertación, admirable prueba de profundos conocimentos, erudición vastísima y detenido estudio, disertación .. que versaba sobre la «Ciencia española en el siglo XVI» y fué una verdadera reivindicación de aquel siglo de gloriosos recuerdos é inmortales grandezas en el que España empuñó el cetro del mundo al par que por el generoso esfuerzo de sus soldados, siempre ganosos de morir por la patria, y la habilidad de sus estadistas, por los progresos y descubrimientos de sus hombres de ciencias y los cultivadores de su hermosa lengua.

Terminado el trabajo del Sr. Moreno, y movido por las excitaciones y fina cortesanía del Sr. Linares, Presidente de la docta academia, el ilustre Prelado salmantino nos dejó oir su voz autorizada, prorrumpiendo en mágicos arrebatos de elocuencia, en frases profundísimas y elevados conceptos, en citas de hechos curiosísimos, con una profusión tan abrumadora, que era imposible seguirlo, hasta al punto de que se pasaba de una á otra verdad, de uno á otro detalle y de una á otra belleza de dicción y de una á otra hermosísima figura, sin dar tiempo al entendimiento para deleitarse suficientemente en aquel tejido de labor primorosa, donde con el más exquisito gusto iban engarzadas aquellas piedras del no igualado caudal científico del pulverizador de Drapper.

Habíamos leído y releído las admirables obras del eximio Prelado, admirando siempre su ciencia y sus dotes literarias, mas con la calma y el reposo con que los libros pueden examinarse; habíamos oído al sabio ilustre aquella mañana en familiar y encantadora conversación, mas es imposible que hubiésemos podido comprender lo que vale, como lo comprendimos anoche, escuchando aquellas profundas, eruditas y elocuentes palabras que salían de su boca sin prévia preparación y sólo para complacer á la culta sociedad que con su presencia se honraba.

Deseosos de informar cumplidamente á nuestros lectores, hicimos tomar taquigráficamente cuanto dijo el ilustre agustino; pero como sería en nosotros imperdonable ligereza dar á la estampa precipitadamente traducidas las cuartillas, hemos aplazado hasta mañana la

Universidad Pontificia de Salamanca

publicación íntegra de cuanto dijo aquel hombre de ciencia y literato insigne».

*
* *

Desde Málaga pasó nuestro Rmo. Prelado á Madrid, en donde reclamaba su presencia la gestión de asuntos de interés para su amada diócesis, y donde, harto contra sus designios, ha tenido que detenerse largos días, correspondiendo á elevadas y respetabilísimas indicaciones.

En los escasos ratos que le han dejado libre las tareas de su ministerio, ha hallado ocasión de hablar en la Academia de San Fernando, y de diferir á la amable invitación de la Junta directiva de la Congregación ilustre de los Luises, inaugurando la serie de conferencias organizadas en su Círculo por la docta y brillante juventud que forma la mencionada Congregación.

También aquí cedemos gustosos la palabra á la prensa, que de ello ha hablado ampliamente.

Con el título: *En la Academia de San Fernando*, escribe el periódico *El Lábaro* de Salamanca:

«*En la Academia de San Fernando.*—El lunes (17 de Noviembre) por la noche celebró sesión ordinaria la Real Academia de Bellas Artes de San Fernando en Madrid.

Aparte el natural interés que las sesiones de la docta corporación ofrecen siempre, el lunes había algo nuevo que en las delicias del arte llevaba alientos poderosos al ánimo de los académicos.

Asistió á la Academia el insigne Prelado de Salamanca, que gusta delicadamente de los encantos del arte y llevaba á la consideración de todos los descubrimientos de riqueza arquitectónica revelados recientemente en el claustro de la Catedral Vieja.

El lleno era completo, y prestando todos bondadosa atención, empezó á hablar el Rmo. P. Cámara. Hizo la historia de los descubrimientos y con pormenores informó á la Academia del mérito artístico de los arcos y sepulcros que han visto de nuevo la luz, aumentando los tesoros de Salamanca arquitectónica.

Universidad Pontificia de Salamanca

Luego exhibió las fotografías de los arcos y sepulcros, fotografías que corrieron de mano en mano por la numerosa y selecta concurrencia: las eminencias del arte las contemplaron con placer y admiración las bellezas descubiertas.

Allí, entre los inteligentes, halló la iniciativa del Sr. Obispo de Salamanca un ambiente de vida, animándole á proseguir y ofreciéndosele el concurso valioso de la Real Academia.

El Prelado fué afectuosamente felicitado por los académicos de todas las secciones y entre los que cuenta el P. Cámara con muchos amigos y admiradores.

La sesión fué larga y en extremo interesante».

*
* *

En la conferencia que nuestro Sr. Obispo dió en el círculo de los Luises el día 28 del mes actual, desarrolló un asunto por extremo simpático; habló de la Venerable Sacramento, la ilustre Vizcondesa de Jorbalán, cuya biografía acaba de sacar á luz el ilustre conferenciante.

Reseñando la mencionada conferencia, se expresa así ***El Universo***, diario católico de Madrid, en su número del 29 de Noviembre:

«*La conferencia del Obispo de Salamanca.*—Como anunciamos oportunamente, ayer á las cinco de la tarde, en el salón del Círculo de San Luis Gonzaga, y ante un concurso de señoras y caballeros no menos escogido que numeroso, ha pronunciado el Obispo de Salamanca la conferencia que todos esperábamos con verdadero afán. Y por cierto que la expectación y anhelo de las personas allí congregadas por escuchar de labios tan autorizados el homenaje que rinde la más elevada elocuencia á la mujer insigne á quien el mismo ilustre orador ha consagrado ya páginas inmortales, no han sido defraudados ni por un solo instante, sino antes se sintieron crecer á medida que el orador sagrado desplegaba en aquel recinto, en medio de un silencio religioso, las alas de la cristiana oratoria.

Dijo el orador modestamente, cuando comenzó hablar, que el breve tiempo de que le era posible en aquella sazón disponer, no le permitía presentar á su santa heroína sino de perfil y en forma de hu-

Universidad Pontificia de Salamanca

milde miniatura; pero la verdad es que, tal como ha sido dibujada é iluminada en esos momentos la vida de la Vizcondesa de Jorbalán, todos la hemos visto y admirado en la plenitud de su belleza moral, ó mejor, de aquella sublimidad incomparable que resplandece en los grandes héroes del cristianismo. Desde que siendo niña fué prevenida por la divina gracia con maravillosa excelencia, hasta el último instante de su preciosa existencia, voluntariamente inmolada en aras de la caridad, la vida de la venerable, aunque condensada en estrecho molde, ha parecido en esta oración bajo una forma substancialmente perfecta y acabada; faltarán en ella muchos episodios interesantes, muchos rasgos preciosos, accidentes de inestimable valor; pero lo que constituye la esencia de la santidad en grado sublime, lo que hay de más admirable y glorioso en la cumbre de la perfección cristiana, lo que edifica y encanta en la vida de los santos á las almas piadosas que quieren seguir sus huellas, eso no falta ciertamente en el cuadro donde el ilustre P. Cámara nos ha hecho ver, cautivando nuestros más íntimos afectos, lo que puede ser un alma como la Madre Sacramento, enamorada de Dios.

¡Qué dones, qué virtudes, qué portentos de oración, de abnegación, de mortificación y espíritu de sacrificio, se destacan en este precioso cuadro! La oración de la Vizcondesa fué tan subida, que bien puede llamarse inefable; sus penitencias tales, que ponen espanto aun en las almas bien templadas con el fuego del sufrimiento, donde ella misma fué probada con desamparos y contradicciones en que se manifestó con su fidelidad constante el triunfo de la gracia. El sabio y piadoso orador reveló, además, el heroísmo de los cinco votos con que aquella ilustre doncella se consagró especialmente, no sólo como simple religiosa, sino como religiosa que en la escala de la santidad se eleva con Santa Teresa de Jesús á aquel grado en que se impone á sí misma un alma delante de Dios el deber de practicar siempre y en todos los actos de la vida lo que es más glorioso para Dios y más digno de recompensa.

¡Y qué gloria tan grande la que brilla en la institución de la obra para la que Dios tenía reservada á esta heróica mujer! Bien lo enseñan los maestros de espíritu y lo demostró elocuentemente el ilustre Obispo de Salamanca; que cuando la divina misericordia quiere mos-

Universidad Pontificia de Salamanca

trarse especialmente en alguna de esas instituciones de piedad ó de caridad que son maravillas del orden sobrenatural, luego escoge y llama á alguna alma privilegiada y la previene y la prueba en el crisol de la tribulación, y la enriquece con tesoros de gracia y amor, y últimamente, la emplea en calidad de glorioso instrumento en la ejecución de sus designios.

Ejemplo vivo de esta singular providencia fué ciertamente la Vizcondesa de Jorbalán; y el Instituto que ella fundó para salvar á muchas almas caídas, será un testimonio perenne de la santidad de su sierva y del fruto más excelente y granado de su preciosa vida.

Decir ahora cuánto ha habido de bello y edificante en la conferencia que hemos oído con embeleso, la sencillez y claridad de las palabras del orador, la noble expresión de los más puros y encendidos afectos, la especie de compenetración con que se identifica con la ilustre heroína, cuyo espíritu celestial penetra todo el discurso, haciéndole despedir una fragancia sobrehumana, decir esto y mucho más como debe decirse, ni es punto que se halle á nuestro alcance, ni lo sufre la modestia del insigne orador.

Sólo una cosa diremos para concluir, y es que su noble conferencia, al ensalzar la grandeza moral de la Madre Sacramento y edificar al auditorio con el ejemplo de sus admirables virtudes, es una brillante apología del cristianismo. Sólo una religión divina y sobrenatural, como la cristiana, puede formar en el seno de la Iglesia católica una mujer como la Vizcondesa de Jorbalán».

## HERMANDAD DE SUFRAGIOS ESPIRITUALES DEL CLERO

Han ingresado los señores siguientes:

Don Andrés Sayagués Franco, Párroco de Zafrón.
„ Odón Palomino García, Teniente párroco de la Orbada.
„ Cipriano García Pérez, Ecónomo de San Domingo.
„ Francisco Carballares Mangas, Coadjutor de Vilvestre.
„ Victoriano González Cid.
„ Tomás García de la Torre, Párroco de Santa Marta.

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, a cargo de L. Rodríguez.—Teléfono 4

Universidad Pontificia de Salamanca